



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Contendunt Canonici ne ad Concilium auocetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

tia, & conclusa piscium multitudo minor quidē  
 votis, haud tamen poenitenda. Augustam inde  
 peruectus, repetitoque confestim veteri doctrine  
 curriculo, habuit auditorum propensiora studia,  
 quo tanquam recentes, & integri ad recentem, ac  
 nouum ex interuallo audiendum redibant. Itaq;  
 sub annum extremum cum Iobelæum Ponti-  
 ficium ad Concilij successum, quod Tridenti re-  
 petebatur, promulgasset, adiecissetque more suo  
 de ea largitate doctas, copiosasque disputationes,  
 eam vulgo commouit pietatem, vt ipsemet, rerū  
 suarum minimē benignus narrator, affirmet, dici  
 vix posse quam ea res feliciter euenerit. Scripsere  
 alij, & quidam Canoniorum post centum an-  
 nos tantam religionem Augustæ nunquam con-  
 spectam. Nunquam par extiterat ardor in fince-  
 ris Christi cultoribus: nunquam plures rectæ fi-  
 dei desertores perfidiæ castra deseruerant: & in  
 gratiam cum Ecclesia sancta redierant.

*Indulgentias im-  
 meritam existi-  
 mationem Aug-  
 gustæ reponit.*

Verum enim vero, quantam boni omnes ca-  
 piebant lætitiā ex instauratione Concilij, tanta  
 Canonicos Augustanos incessit cura, ne sibi Ca-  
 nisius, eò pariter auocatus, eriperetur. Inde ab  
 Cardinali Othone valde per literas institere, vt

*Contendunt  
 Canonici ne  
 ad Concilium  
 auocentur.*



eam rem cūctis omnino opibus prohiberet. Fie  
 enim nequaquam posse, vt rei Christianæ publi  
 cæ par afferret Tridenti momētum, vbi summi  
 cum esset sapientiæ flos ex omni Christiano or  
 adfuturus, vnius viri vix sentiretur absentia; at  
 Augustæ, vbi periculum erat, ne recens ad sana  
 mentem conuersi, nec dum satis confirmati  
 uersariorum impetus sustinere non possent: im  
 que Lutherani, qui nunc velut percussi, profu  
 tique deiecerant animos, per absentiam in  
 propugnatoris erigerentur, ferociusque orba  
 & nudam præsidio turbam inuaderent. Ha  
 frustra erat metus, & sollicitudo Canonico  
 Eodem tempore in Concilio ipso vehementer  
 Pontificij agitabant Legati, vt idem aduoca  
 tur, cum propter insignem doctrinam, tum  
 propter vsum rerum germanicarum haud vni  
 garem, vt multum referret morbos ex eo, cau  
 fasque, & remedia eorum cognoscere. Sed  
 tandem ventum est, vt, quoniam præcipuum  
 bene gerendæ rei apud Augustanos magni iei  
 nij tempus erat, eo tempore de statione nequa  
 quam moueretur: postea tamen omnino ad tem  
 pus aliquod euocādum videri. Etenim cū iam



ipse esset solitus per æstatem ad visenda Societatis Collegia proficisci, eamque vacationem satis constaret nihil admodum Augustanis rebus incommodare, posse interuallum, & intercapedinem illam in Tridētinam commorationē transferri. Hæc ita cum Tridenti steterissent, eadem Cardinalis Hosius ad Cardinalem Augustanum perscripsit in Urbem, rogans ne moram in illud tempus obiectare vellet. Quibus literis per has ad verbum Augustanus respondit.

**D**eliberatio vestra de accersendo Patre Canisio non parvam dubitationem habet: pieque, ac

sapienter veriti estis, ne, si Tridentum is euocetur, magnam in eius discessu iacturam faciat non solum Augustana Civitas, sed & illæ Iesuitarum sodalitates, quæ sunt in Germania, quibus is operam dat pro Magistro Societatis: & multi præterea mortales, quos partim presentia sua tuetur, partim reducit in viam. Quæ etiam fuit causa Collegio Augustanorum Canoniorum, cupiente Cesare ipsum Canisium Legatum de Concilio Tridentum mittere, repugnandi, vehementerq; obsistendi, ne inde moueretur. Eadem me ratio de sententia deduxit, cum hominē istò venire mea causa peruellem: quod postea

1562.

Cardinalis Augustani litera. Quomodo ad Concilium Canisius vocandus.